

*Subscriptum erat*

Mehemed Rami,

Alessandro Maurocordati

magno Cancellario

di Scarlato.

(L. S.)

(L. S.)

*In nomine Sanctissimæ et Individue Trinitatis.*

« Notum sit omnibus et singulis, quorum interest, quod, posteaquam ad reducendam populorum tranquillitatem ab aliquot annis bello turbatam, et renovandam amicitiam inter excelsum Ottomannicum imperatorem et serenissimam Venetorum rempublicam, median- tibus et conciliantibus serenissimo Principe ac domino Guilielmo Tertio, magnæ Britanniae, Franciae, et Hiberniae rege, ut et excel- sis ac praepotentibus generalibus Uniti Belgii ordinibus declaratio pacis propensio sit, eumque in finem congressus inter plenipotentia- rios utriusque partis Carlovitz in Sirmio, interventu illustrissimo- rum, et excellentissimorum dominorum, domini Guilielmi Paget, ba- ronis de Beaudefort, serenissimi regis Britanniae, et domini Jacobi Colyer, celsorum ac praepotentium foederati Belgii ordinum, ambo- rum apud Portam Ottomanicam oratorum, et ad pacem hanc restabi- liendam legatorum plenipotentiariorum mediatorii muneris officio se- dulo ac integerrime peragentium, institutus, permutatisque hinc inde plenipotentiiis continuatus fuerit; illustrissimus vero et excellentissi- mus dominus Carolus Ruzini, eques supradictae Reipublicae serene- tissimae, legatis plenipotentiaris, in multis sessionibus collatis de rebus pacis colloquiis, etiam si ad considerationem sat temporis ei- dem superfuisset, nihilominus ob varias, quae sibi occurrerunt diffi- cultates post satis amplum etiam temporis spatium in Tractatu suo progredi non potuerit. Nos infrascripti sacrae cesareae Majestatis, et suae regiae majestatis Poloniarum legati extraordinarii et pleni- potentiarii extremum concessae prorogationis terminum et absolvendi tractatus necessitate eminere videntes, ex obligatione praeliminaribus